



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis**

**Dietrich <von Engelsheim>**

**Münster, [1893-1897]**

64. Vocatio domini Conradi, archiepiscopi Moguntini, qua vocat capitulum Paderbornense, ut ad consilium Basiliense suos oratores dirigant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

genediclich erkennen. Wann wilcher des nicht en thede, der wisse sich in unser und des richs ungnade und den vorgeanten penen verfallen sin.

Geben zu Basill an sant Elisabethen tage, unsir riche des Hungrischen im XLVII, des Romischen im XXIII, des Behemischen im XIII und des keysertums im ersten jaren.

Ad mandatum domini imperatoris Casparus Glick cancellarius.<sup>1)</sup>

Invocacio et exhortacio domini Moguntini capitulo Paderbornensi scripta ad instantiam imperatoris, ut suos ad concilium dirigant.

Collationirt mit der gleichalterigen Abschrift im Königl. Staatsarchive Münster, Fürstenthum Paderborn 1520/22.

Conradus, Dei gracia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, honorabilibus preposito decano et capitulo ecclesie Paderbornensis devotis nostris in Christo<sup>2)</sup> dilectis salutem in Domino sempiternam et mandato nostro, ymmoverius serenissimi domini nostri, domini Sigismundi, Romanorum imperatoris invictissimi, semper augusti ect. firmiter obedire. 64. 1433 30. Dez.

Literas dicti domini nostri imperatoris serenissimi nobis directas et die mensis Decembris vicesima quarta proxime preterita oblatas cum ea qua decuit recepimus reverencia. Et quia ex dictarum litterarum tenoribus ipsius domini nostri imperatoris mandatum nobis inter alia impositum et iniunctum in effectum elicimus continere[?] videlicet, quod nos omnibus et singulis nostrarum civitatis et diocesis suffraganeis episcopis, abbatibus, prepositis ceterisque prelatibus ad sacra generalia concilia spectantibus et ipsis de iure seu consuetudine interesse debentibus, cuiuscunque ordinis, condicionis sive status 1433. 24. Dez.

<sup>1)</sup> Nach der Abschrift ergänzt. <sup>2)</sup> In der Abschrift ist hinzugefügt sincere.

existent, sub gravibus penis excommunicacionis et eciam ex parte antedicti domini nostri, Romanorum imperatoris sub privacione regalium, libertatum et privilegiorum seriosius et cum effectu mandare debeamus, ad sacrosanctam generalem synodum Basiliensem appropiando venire, veluti et sua maiestas in litteris suis patentibus nobis, ut supra ponitur, directis, quarum copias vobis unacum presentibus transmittimus, lacius mandat et requirit, prout ex eisdem clarius adapparet, quapropter vobis in virtute sancte obediencie et de iniuncto nobis mandato supra tacto sub excommunicacionis et regalium, libertatum et privilegiorum vobis et ecclesie vestre Paderbornensi ab imperio sacro datorum sive concessorum privacionis penis districte precipiendo mandamus, quatenus ad statim, postquam vobis de huiusmodi nostris, principalius<sup>1)</sup> tamen antefati domini nostri imperatoris mandatis innotaverit, ambasiatam vestram solempnem versus Basileam ad ipsum sacrosanctum generale concilium ibidem propter speciales necessarias et arduas tocius christianitatis causas et negocia vobis prius insinuatatas et publicatas in Spiritu sancto legitime congregatum et ad sepedicti domini nostri Romanorum imperatoris presentiam mora nulla interveniente dirigatis et dirigendo transmittatis, defectus eciam vestros et ecclesie vestre antedictae quoscunque, si quos habueritis, cum predicta vestra ambasiata dirigendo exhibentes. Datum Steinheim nostro sub appresso sigillo penultima die mensis Decembris anno Domini MCCCCXXXIII.<sup>2)</sup>

Ad mandatum domini Moguntini Johannes Mentze de Geissmaria.<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> vielmehr. <sup>2)</sup> Das Jahresdatum 1434 beruht auf einem Versehen des Abschreibers und ist auf 1433 zu berichtigen. Conrad III. von Mainz war schon am 10 Juni 1434 gestorben; vergl. Mooyers Verzeichniß der deutschen Bischöfe. <sup>3)</sup> Nach der Abschrift ergänzt.

Isto anno MCCCCXLIII obiit idem dominus Conradus archiepiscopus, qui consensum domino nostro Coloniensi adhibuit ad incorporacionem impetrandam; de quo ad presens omnis scriptura illius libri mentionatur.<sup>1)</sup>

Copia littere scripte sacro concilio Basiliensi per capitulum Paderbornense.

Collationirt mit einer gleichalterigen Abschrift im Königl. Staatsarchiv Münster. Fürstenthum Paderborn Nr. 1520. 24 a. Erhebliche Abweichungen sind in den Fußnoten ersichtlich gemacht.

Humili et devota recommendacione premissa Reverendissimi in Christo patres et domini prestantissimi! Quia nos heu in libertatibus, iuribus ac rebus et possessionibus ecclesie nostre Paderbornensis graviter opprimimur, maxime pro et ex eo, quod proprio pastore in ecclesia et dyocesi Paderbornensi residente aliquamdiu et ad presens dinoscimur vacare, ideo<sup>2)</sup> ad vestrarum paternitatum auxilium, prudentiam<sup>3)</sup> et suffragium credimus non indigne recurrendum, animo amaro dolenter exponentes, quod, licet venerabilis cathedralis Paderbornensis ecclesia per septingentos annos et ultra ac a tempore dive memorie Karoli Magni, Romanorum imperatoris semper augusti per spectabiles et solempnes de illustri baronum et nobilium genere creatas<sup>4)</sup> personas pastores digne et laudabiliter usque ad presens fuerit gubernata, queque ad presens in possessionibus, fructibus, redditibus, iuribus, iurisdictionibus, civitate Paderborna, castris, opidis et villis sit adeo opulenta, quantum pro dignitate

65.

1434

23. Febr.

<sup>1)</sup> statt mentionatur. <sup>2)</sup> Beide Abschriften haben ideoque, wohl ein Versehen der Abschreiber. <sup>3)</sup> providenciam. <sup>4)</sup> procreatas.